

DE FLUVIALI EQVO.

A



Lurimum verò secum affert impietatis improbus ingratusq; Hippopotami animus, qui nulla genitorem reuerentia prosequitur, & alienis bonis diripiendis natura promptissimus exiit.

IMPIETAS.

Merito enim Ægyptij sacerdotes cùm impium, cùm ingratum, cùm iniustum quempiam notare vellent, Hippopotamū proponebant. Admonituri verò mortales omnes vitia ea omnino esse declinanda, totaq; animi fortitudine suppressenda, duas eius animalis vngulas deorsum inuersas facere cōsueverunt: siquidem is ab ineunte statim adolescentia patri incipit infestus esse, tentatq; si possit eum decertando superare, quem sæpe in pugnam prouocat: quòd si acciderit vt victor euadat, matris coitum affectat, vita patri condonata: sin victus aut cohibebus à patre fuerit, neque tam scelerati voti compos fieri potuerit, perdurante tamen prauitate tantisper conatum differt, donec adolescat, factusq; iam robustior atque validior, deteriocem ætate factum patrem inuadit, foedissimèq; necatum petulantissimè dilaniat. Inuersas igitur vngulas eas ideo statuebant, vt qui rem spectarent, quid illæ sibi vellent commonefacti, propensiores fierent ad pietatem.

ID quod tantæ apud eos curæ fuit, vt principū sceptræ, & huiusmodi pieraq; insignia, atq; gestamina & monumenta, armaq; aliquot quorum quotidianus esset vsus, ita insignirent vt in summa potioreq; parte ciconiam præfigerent ex ære, vel ex auro argento vè factâ, infernè verò vngulam Hippopotami subijceret, quòd impietati præferendam esse pietatem indicaret. Species verò vngularum ijs est, quales bubus, licet dorsum, iuba, & hinnitus equi sit, vnde illi nomen. Inest præterea talus bisulcorum modo, dentes vt aprorum exerti, leuiter tamen: rostrum resimū, apri cauda etiam, magnitudo & interiora asini, tergoris crassitudo tanta, vt ex eo venabula fiant, & scuta galeæque impenetrabiles, nisi humore madeant, munire possit.

PIETAS IMPIETATI præferenda.



C

IMPROBITAS EDMITA.

Celebratissima verò est species illa, quæ visebatur olim Hermopoli. ea scilicet pictura, vt Hippopotam⁹ esset, supra quē sculptus erat accipiter cū serpente dimicans. Cuius argumenti significatū id esse tradunt Ægyptiarum literarum periti, vt Typhonem ab Osiride vi domitū, cū de principatu certamē conseruissent, intelligendum autument: per fluuialem equū Typhonē ab Osiride vi domitum, per anguem principatum interpretantes: atq; ita improbitatē potiores sibi partes asserere conantem, virtuti demū cedere subinnuant. Eadē de causa cū sacra faceret eo die, quo Isidis aduentus è Phoenicia celebratur, fluuialem equū religatum libis incessere per ludibriū consueverant. Nō dissimularim hic Aureoli tyranni tumulū ad pontē Aureolum Insuæ superesse, à Claudio Cæsare sex elegorum versuum epitaphio nobilitatum, in cuius conditorij parte prima Hippopotamus sit incisus, quem serpens cauda mordicus apprehensa complectitur. Id puto significare, tyrannidem tādē temporis spa-

Huius
symboli
iconē vi-
des proxi-
ma pagi-
na.